 Cardinalis Borbonii, tenacem pietatis et propositi: quae visus est valde  
 nec sinit occasionem, hanc inaniter proterire, quin <sup>fatiscendi</sup> hinc  
 Cartusiae oeternum, tentaret supponere fulcrumentum.

Scilicet contigit per id temporis, ut princeps ille, jam nominatus Cardina-  
 f. 117. -lis Borbonius (et quem amodo fundatorem nostrum juniorem, appellabimus), <sup>iter</sup>  
 faciens, sponte diverteretur, patrio suo in angustis Gallionsea <sup>nimo!</sup> <sup>examine</sup>  
 jacente, honoris supremi causa absolvendi: illic animi corpus, (ex?) arce  
 Fontanaia dicta (Fontenay le Comte, in Pictou) quaeque dicitur carcere, ubi neq;  
 claudit ultimam, asportatum fuerat: hoc postea Bonae Spei Cartusiae  
 redonandum, ut asservaretur, sicut et factum est.

Quae ergo Ogerius cum resideret, principis aures, interpellare coepit  
 reverentiae exhibendo ~~et gratia~~. Ad quem ingressus, posuit pro oculis  
 f. 118. quos tandem Bonae Spei Cartusiae summa rerum, jaceret. Sustulit acriter  
 sapienterque quam felicibus auspiciis eo usque crevisset, et quanto il-  
 -lustraretur titulo foundationis: nunc demum, extincto ipso fundatore imo  
 et patre, haec aedem domus prope erat ut dissolveretur et interiret. Rele-  
 -giosi etiam, quos fundator ipse tam amoris sui iudicio, quam singulari  
 pietati

Caput 13. —

p. 119. pietatis affectus acceperat, vitæ necessarius deficientibus jam tum essent  
dispargendæ per alias domos provinciarum, ordinis. Denique non taceat  
quantam apud posteros gloriam adipisceretur, si se patriæ non minus  
haerentem, bonorum, ostenderet, quam, fuisse illius propositi & totamque  
reclararet aemulatores.

p. 120. Non aliis sermonibus uti necesse habuit Ogerius, ut principis hujus  
voluntatem, sibi alliceret, quam, in sui gratiam, divina pietas jam, ante  
impulerat. Hoc enim, constat apud omnes, quod in ejus <sup>ita</sup> ortus major  
natura conspirans, immensis eum, cumularit donis et virginali do-  
tauerit omni maritate. — Quamobrem, orantis verba pro ingenita affa-  
bilitate et dulcedine vultus accipient: quæ possum, inquit, afficere, ut  
familiæ nunc pro te supplicis votis respondeam? Ne dubites, explora.  
Neque enim, alia mihi mens est, sed neque aliud adjacet mihi studium,  
ex quo Borbonius cardinalis occubuit, quam, ut ipsius memoriam, debitis  
prostris, afficere obsequiis et honoribus.

p. 121. Quibus Ogerius: si œquo animo audiat quid sentiam, quid ve  
judicem, utilius in presens indicabo, præsul eminentissime, et hoc ipsum  
est, quod forte cogitatis. Si nimirum, ex multis beneficiis quibus abundat  
Eminentia vestra, unam, S<sup>ti</sup> Torini abbatiam, campque immutandam, ut  
similis postea Bonæ Spei cartusie uniretur: res profecto sæculorum me-  
moriam digna esset, et quæ nostræ jam, labascentis solitudinis fundam-  
entum æternum solidaret. Neque enim, ut fateri cogimur, alia opitul-  
ationis expectatione subsistimus, sed neque nitimur spe altera. — Porro  
ad hoc, quantum, arbitror, hoc sese offert ratio agendi, et hoc facilis  
p. 122. via panditur. Non latet Eminentiam, vestram, recens exarsum, accidisse  
monasterium, sanctæ Catharinæ ad suburbana Rothomagi; hujus vero  
loci is est abbas apud quem, facilem aditum, mihi polliceror, pacisci; verum,  
ex solius vestræ benignitatis mente, omnis hujusce summa pendet nego-  
tium; ne, quæso, confundas nos. Cui Borbonius cardinalis subintulit: hoc  
ipsa sententia mihi jam dudum animo etiam, subit. Opus Dei est:  
quamobrem, proesto hinc omnibus asserturi quæcumque gesseris atque  
causam

Caput 13. -

- p. 123. eadem probare. Operare vago quod operaris et principis verbum habeto.  
 In quo sese tulit res illa tanti ponderis primo hoc certamine, et etiam  
 quousque pervenit venerabilis P. Ogerii prudentia. Dehinc vero profectus  
 princeps Borbonius ad graviora regni negotia, sic demum, Bonae Spei so-  
 litudinem, loca placuit expectatione ad implere. - Quibus tam, foeliciter  
 gestis, tentat Ogerius foeliciores eventus super accelerare. Accidit autem,  
 ut devotissimus praesul Henricus, nominatus Descombleau, Maleacensis  
 episcopus et sanctae catarinae abbas, Rothomagi tunc forte moraretur.  
 Illuc enim, dictus antistes sese contulerat, ut disjecti super sanctae Ca-  
 tarinae monasterii, cuius erat abbas, rebus consuleret valde confusis  
 et implicatis; atque etiam, et indisciplinato<sup>o</sup> monachos sua in religione  
 praesentia compereret, quos vis major arceerat a propria domo et apud  
 natale solum, et per patris fundos cogebat exulare.
- Hunc adit Ogerius, et quanto junior Cardinalis Borbonius Bonae Spei  
 curiae perficiendae duceretur desiderio, indicavit; ad hoc tam sanctum  
 opus patris sui impulsus memoria et plurimum, stimulatus amore. Deinde  
 adjecit se etiam, ex praescripto Borbonii principis nuncium esse, et actorem  
 permutationis Sti Jovini cum Stae Catarinae abbacia (si tandem, res sibi  
 placerat) quarum, par honoris ratio et redditus similis computabatur.
- Multis et permabilibus verbis aures pepulit Maleacensis praesulis Pater  
 Ogerius, quibus non vixit est refregari, (quae tamen, hic brevitate studio  
 subtrahimus) sed Borbonii principis propositum, libenter audiens et accipiens,  
 dixit Ogerio: Necessitas rerum, cogit nos, sed non premit penitus. Verum,  
 tamen, de meo sponte impendam, ut Reverendissimi Cardinalis Borbonii  
 desideriis et placitis obsequar. Ita ergo in urbe, et intra tres dies de hoc  
 audiemus te iterum, ut placitura responsa tecum, reportes. -
- Nihil igitur immoratus Maleacensis episcopus, ad calculeum huius  
 negotii quam, primum, vocat quos habet et obligatiores: qui, re diligenti  
 examine perpensa et mature discussa, in hanc demique sententiam
- p. 127. concurrunt: abbatiam, quippe Sti Jovini pluris impraesentiarum esse  
 faciendam, utpote quae apud Pictones profita, ab ecclesia Maleacensi  
 non procul

non procul distaret. Unde et propositam, per manus Ven<sup>ci</sup> P. Ogerii permutationem, cum abbacia <sup>Stae</sup> Catarinae censuerunt et iusserunt esse revera ab episcopo incundam, et perficiendam.

p. 128. Dolebat enim devotus antistes graviterque exasperat huiusmodi excidium, monasterii sanctae Catarinae. Verum ut dictae permutationi assentiret, maxime contulit Borbonii principis auctoritas et insulae gloria atque etiam, cartusiana professio, cui studiose propendebat; unde nomen, suum litteris protinus subintulit, quatenus rata haberetur et firma praefata permutatio. — Post hac autem, non quiescit Pater Ogerius, donec Cardinalis Borbonius de rei huius successu esset certior redditus: quamobrem, Maleasensis praeculis sanctae factionis formulam, ad ipsum detulit oculus, ut hanc etiam probare et habere gratam, dignaretur, neque enim tantum tamque religionis princeps aliter quam datae fidei memoria sollicitari

p. 129. debuerat. — Quo circa statim, atque provocatum, ad pedes suos venit Ogerius, nutu et oculis ei coepit blandiri. Quidquid tamen ad dictae negotii affectum, desiderari videbatur, humo domus suae reliquit administratori, qui contractum, disenter ac discutum, confirmaret. Sed quid plura?

Dum autem, haec ita geruntur, prohi pietas! Borbonius princeps ille et junior cardinalis, nullis satis deflundus lacrimis, tricenno post patrum, nunquam cardinalem seniore, a Borbonio evis subtrahitur, trigesimo

p. 130. secundo octatis huius anno cum mensibus quatuor.

Sed quid agat Ogerius in hoc tam repentino mortis exitu? quo se vertat? vel quid capiat consilii? hos itaque inter varios rerum, humanarum, fluctus, quamquam, mortali vulnere sauciaretur, inconcussus tamen consistit, nec vixit est animis aliquando defecisse: sed jacta in Dominum, omni spe et expectatione sua, et ait ipse Dominus, invoca me in die tribulationis, et ego exaudiam te, accepti negotii secundum exitum, super sperare non destitit.

p. 131. Cum ergo requisisset a praecipuis actoribus domus recens defuncti Borbonii Cardinalis intellexit hunc principem, satis operam dedisse, dum viveret, ut bona fide Maleasensis praeculis praedicta beneficiorum utrinque

## Caput 13. —

utrinque staret permutatio. Quapropter additum, antistitem, rursus iter metitur: cui de tanti principis obitu plurimum, testatus dolorem, cum una-versa pene Gallia vice a lacrimis temperabat. De contractu tandem, quæ simul pepigerant, velut de firmo ratoque negotio confidenter proloquutus p. 132. est. Non restitit ille. Sed protinus Ogerius sic ait: ex parte illustrissimi Borbonii principis recta omnia et juri consentanea reperiuntur, me iterum, in vestri gratiam, quidquid probis suadent veritas et justitia, facturum pollicor, et quidquid ab episcopo sequi bonique proestari potest, Hoc itaque spei tremulo inter lubricas rerum, vias utrumque deducitur Ogerius. At vero quia premebatur non medio cetera necessitate, sic nec longiores moras dabat subnectere presuli. Tanquam secundo exitu optatam, laborum suorum, exultabat metam attingisse, cum ecce dira mors Maleacensis, p. 133. episcopus, e vita quoque abstulit; nec actorem Ogerium, minus loethali percussit dolore, quam in Borbonii Cardinalis obitu fuerat ante expertus. O! mors, inquit, usque adeo crudeliter sævis?

Omni ergo spe hac, qua iniviti posset, flebiliter adempta; ad primum reverti cogitur, non quidem propositum, dicti ad ipiscendi beneficii, sed e contra domus Bonæ spei consociandæ Rothomagensi Certunæ. Quod tamen, segrè admodum, ferens Ogerius, cō demum, cunctando peruenit, donec div. p. 134. inæ pietati diu jactatum, probatumque animum, gloriosa placuerit mercede hilarescere. Hoc porro superest ut ostendamus. —

Rursum vacante sede Rothomagensis ecclesie funere acerbo junioris Cardinalis Borbonii, factum, est eo ipso tempore ut alter et tertius Carolus a Borbonio, nothus filius Anthonii a Borbonio regis Navaræ, jam lacterati <sup>sic</sup> consensuque episcopari fastidiret et duceret infra meritum, Unde et ad altiora conscendere aspirans, illustrissimorum cardinalium, a Borbonio successor haberi valde cupierit. Is namque honori avidus, p. 135. et fastu tumens regalis presapie, vitam agebat immoderatis sumptibus effusam. — Quapropter Rothomagensis sedis emolumenta domui luxu splendide et lautis suis moribus non parum, collatura arbitratur; et dicit presatam sedem, simul cum, abbacia <sup>Sanctæ</sup> Catherinæ apud hunc <sup>proterum</sup>

Caput 13.

fratrem Henricum magnam, nullo labore prosequens est, et illico consequentes,

p. 136. Jamque novum munus inerat: ubi ecce, cunctis licet reluctan-  
-tibus, aditata consilia novus miles insequitur Ogerius, sed pede eo  
firmiori, quo susceptum negotium, exitus feliciores jam prius ha-  
-berat. Voluit igitur ipse secum, quibus armis, quov<sup>o</sup> modo difficilem  
hunc animum, preveniret, variasque inter cogitationes rem su-  
-am amicis tradere cupit aliquando, quos in ea non ambigebat  
fideliter acturos. sed quoniam nemo melius dolorem, aperit,  
quam qui accepto vulnere dolorem patitur, ita etiam veneris  
P. Ogerius arrepto negotio finem imponere admittus est, cujus  
exordium tenuerat feliciter, et vitandis incuberat sedulus et fidelis.

p. 137. Quocirca Dei preces auxilio, et cum illa animi demissione, quae reli-  
-gionum decet, stetit coram archiepiscopo; a quo etiam, blanda facie  
exceptus est. Visitationem, autem hanc a sua horumque reverentia  
exorditer. Quippe quod Rothomagensis sedem impleret angustissime,  
nec processit minus utiliter: pro quo, inquit, munere jam Deo bonor-  
-um, omnium, auctori gratas reddimus. Deinde adjecit, quamvis Boneae  
Spei cartusiae Ebrouensis esset dioecesis, humiliter tamen orabat  
ut pari illem, dignaretur honorare benevolentia, et habere in

p. 138. clientelam, non secus ac illustrissimi Borbonii cardines, quos fun-  
-datores habebat, tutati eam prius fuerant. Hoc, procul Reverendis-  
-sime et princeps illustrissime, hoc, inquit, obsequii mei argumentum  
primum quidem est, sed quae cernis pedibus humiliter provolutum,  
potere etiam suppliciter postulatum. Cui princeps, gratum, inquit,  
nobis est atque semper gratum, est quod nostrae memores estis in  
vestri orationibus. Nunc vero rem, pro qua postulas libenter expono.

p. 139. Addit Ogerius, non latet amplitudinem, vestram, quanta pietate  
in supereminis regni perturbationibus Virgini Deiparae Cartusiani  
Boneae Spei devoverit senior cardinalis Borbonius, et quanto studio de-  
-rent operam, ut haec eadem, fundator magnifice, arte aburgeret non  
-rissimili.

Caput 13. -

dissimili; cui et manus supremam appropere gestabat, in religionis  
 defensione atque rerum publicarum, acerbitas et necessitas a proposito eum,  
 dimovissent. Magnam quidem in mente eremum, fundavit, sed ad  
 revera minorem, dereliquit, quò nullis, aut pene nullis proemunita  
 redditibus, multo que i contra jam ore alieno obruta, ad ultimas,  
 p. 140. periodum, propè est ut dev eniat.

Supremum, hoc nobis supererat, quò nempe illustrissimo Cardina-  
 -li Vindocino nepote ejus superstite, certum, nos in ipso columen, mac-  
 -turos optinabamus: illaque spes, ut fatear, mihi etiam nùm illucrat,  
 quà ductus, dictum principem, conveni, ipsumque pari quo senior Bor-  
 -bonius Cardinalis in nos affectum, studio, conseri: imò ad creverat  
 amor ipsius, ut ex multis beneficiis unam St<sup>e</sup> Fovini abbatiam, cum,  
 p. 141. - que cum St<sup>a</sup> Catharine commutandam, dimiserit, quatenus dicto munere  
 roborate, cum patris, velut alterum, habeamus, et domus nostra  
 inveniret fundatorem, secundum.

Quibus ita dispositis, ex mandato dicti principis, Malacensem epis-  
 -pum sancte Catharine abbatem, adii, predictarum, abbatiarum, perm-  
 -utationis in eundem gratia, quam utique obtinebam. Verum cum,  
 res ille numeris omnibus jam tunc, utrinque constare videbatur: ipso,  
 inquam, tempore, mortali vita uterque fuerat est; et cum illis ex tunc  
 p. 142. spes omnis excedit nostrae bonae spei certissime prosequendi laboris.

Nunc vero ad pietatem vestram, recurrimus, procul Reverendissime  
 et princeps illustrissime, atque obnixè obsecramus, ut vestrorum, non  
 immemor antecessorum, opus intuari non dèdignemini, quò tanto pie-  
 -tatis affectu ipsi cooperent. Et sane si quid est quo amplitudo vestra,  
 sibi numen amicum, conciliet, si quo possit novum, suum, commendare  
 posteris, si quò etiam, valeat predecessorum, solari manes: profecto  
 pietati vestræ impresentiarum, est, aurì aut argenti pondus immensum,  
 p. 143. non querimus, non amplas possessiones: hoc unum dentat, ut prole  
 quae ab illustrissimo Cardinali Borbonio nobis jam dudum, collata fuit  
 abbatia, hanc demum domui nostrae ling vere non recusatis. Quid  
 enim tot

Caput 13. —

enim, tot inter ac tanta beneficia, quae vestra sunt, quid inter tot reditus  
abbatunacula 1<sup>tae</sup> Catharinae computatur? Concessione tamen hujus, am-  
-plitudini vestrae facile est magni fautoris glorioso nomine perpetuo celebrari.

p. 164. Huc usque Ogerii verba, longa quidem, sed rerum, habita ratione probris  
necessaria. Quibus et haec prima acie evictus praesul, postquam actoris  
nostri aliquatenus postulata considerasset; haec eadem, suo examinanda  
expedienda e consilio remisit. Hic vero non ambigitur dictam eum, abbati-  
-am, catenis dono accepisse, ut ipsam, jam ante patribus nostris a juniore  
Cardinali Borbonio concessam, requisitus non negaret. Unde non longo  
post ad eundem archiepiscopum, reversus Ogerius, talem eum reperit, hoc  
est ita propentum, ac beneficium, ut ex praefati beneficii concessione, juxta  
p. 165. mentem illustrissimorum, fundatorum, in Cantua Bonae Spei conventus  
memorior akeretur, dareturque ferventior opera, et intermissus labor  
continuo revivisceret atque ocyus augmentaretur.

His itaque gestis, incassum, dehinc tempus elabif non sinit Ven<sup>us</sup> Pater  
Ogerius, sed ad regem properus festinavit: oblatoque supplici libello  
proposuit, ut qua in omnes regni abbatias rex autoritate polleteret, donum  
istud et gratum, habere, et nuncupationis suae jus, seu regalia cedere  
p. 166. non recusaret. — Quis vero in tanta rerum, istarum, inconstantia et diffi-  
-cultate divinae pietatis opus omnia se arctis disponentis non advertat?  
sed et quae sequuntur libet attendere.

Ita prorsus Ven<sup>us</sup> P. Ogerius susceptum negotium, disponerat, ut la-  
-borum, huius, clausula ex solius regis iuris cessione jam pendere vide-  
-retur, sed neque modus iste putabatur intractabilior. Dum enim, Henricus  
magnus Neustriam, armatus ingredi, sed imprimis Rothomagensis ibi  
graviter incubare arderet, ut perduellam, populum, qui regi suo  
p. 167. nullo di remitebatur, armorum jure sibi haberet Bonae Spei Cantuam,  
plerumque inviserat, illustrissimorum, fundatorum, illectus memoria,  
Quin etiam, patribus nostris blandiens pollicitus fuerat, si quando spacia-  
-tum, regnum, possideret, expecturos illos regis favoris insignis monimen-  
-tum. Regiam fidem, regia memora subsecuta sunt. Nam postquam  
ejurata

p. 148. egesta heresi Romanae Ecclesiae gremio redonatus est, a summo Pontifice Clemente Octavo pro poenitentiarum, injunctis id precipuum, accepit, curare scilicet ut in quatuor potioribus francici imperii provinciis quatuor constituerentur monasteria: quae dotata sufficienter, perpetua laudis Deo spirarent odorem, atque erroris, caesi sine re et fraude illectus servichat, labem eraderent et abstergerent.

p. 149. Factum est autem, et dum supremi pastoris auctoritate sese subijcere festina-  
 -raret Henricus magnus, eo, inquam, ipso tempore Adam Ogerius supplicis  
 libellos ei opportunè obtulit. Quos cum rex inspexisset: imper Bonoe  
 spei Cartusiae statim resiliit memoria datae reponitionis. Quapropter  
 religionum actorem, Venlem Patrem, Ogerium, patienter audiens: illico  
 coram omnibus proestitatum, benevolentiam, innovavit; quam tamen,  
 non sola requiriti juris sui voluit cessione proefigi. Ipse enim rex  
 majori adhuc et potiori affectu auctor fuit patri Ogerio (ut boni ope-  
 ris bonus actor precaratur) negotium, hujusmodi novo alio ordine omnino  
 esse suscipiendum, et deducendum. Praestat, inquit, Paternus Ogeri  
 (sic enim Ogerium rex vocare consueverat quia revera statura pusillus  
 p. 150. erat), praestat ut frater meus motu velut proprio abbatiam sanctae  
 Catharinae, quam possidet, in penam reponat; quam, sic traditam, tibi  
 tuisque postea perpetuo a vobis tenendam, collaturus sum, cum cesso-  
 -re omnimoda juris nuncupationis meae. Sic et sic censuit rex Henricus  
 magnus, et sic locutus est: sperans fore ut hac una et eadem, ratione  
 possit et pontificis passionibus pro poenitentia satisfacere, et quondam  
 nostris patribus data promissa non minus implere.

p. 151. Quod autem melius atque utilius rex judicaverat, ita effectum  
 est. Nam, minime procrastinavit archiepiscopus Rothomagensis,  
 sed dictum beneficium, pro regis arbitrio libenter dimisit. Cum vero  
 manu propria summo Pontifici rex litteras direxit quibus abbatem intelli-  
 -gi quanta devotione et alacritate animi sibi pro poenitentia<sup>ta</sup> imposita  
 studeret exequi: non nova quidem, monasterii<sup>ta</sup> fundatione, ut praecipie-  
 -batur, sed, quod utique equipolleret, relicti operis celebri instauratione  
 et prosecutione

p. 151<sup>b</sup> et prosecutione. Quando quidam, aiebat, Cartusie Bone Spai egregium opus, per Cardinales a Borbonis jam ceptum, perficere et illustrare desidero. Quamobrem, inter alia beneficia, quibus hanc solitudinem, amodo ditare placet et extendere, gratissimum, nobis faciat sanctitas vestra, si unionem, abbacie sanctae Catharinae ad Rothomagum, eidem, domui nuper per nos factam, vestris litteris confirmare non recusatis; quatenus ex collatione dicti beneficii fiat illis convenientis copiosior et propositus constructionis ordo augmentum, accipiat. Haec sunt verba ipsissima a quid-

p. 152. — tobe Henrici magni ad humum, Pontificem.

Denique Domino a Luxemburgo, duci Spino, qui apud dictum, Pontificem, oratoris munere,ungebatur, huius negotii curam, mandavit potissimum, ac deinde Ogerium, hortatus est et traxit, ut quantum ad Romanam, curiam, proficere celeriter, quatenus junctus legato, rem, suam, facilius aperiret et urgeret efficacius; ac deinde, de bullarum, pretio utilius decerneret.

p. 153. Accinxit se igitur ad illud iter <sup>lis</sup> P. Ogerius in verbo regis, nec sine laude et fructu. Nam et luculentum, diploma juxta mentem suam, consecutus est, in haec verba: Clemens quilloquens... Cum monasterium, s<sup>tae</sup> Catharinae de Monte extra muros Rothomagenses etc... Datum Romae die tertia Maii, anno Domini Incarnationis millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. (3<sup>a</sup> Maii 1597.) ita subscribitur: Clemens Papa octavus.

Quia vero prolixius est, ita etiam, de verbo ad verbum, modo illud inserere operae pretium, non fuit. Quod cum, impetrasset, amicis statim, p. 154. valescit. Verum, ubi primum, huius pontificii authentici nomen Rothomagi afflavit, Patri Ogerio vicem, ingentibus diariis decurrenti labor non exiguus faciscitur. Congregati namque diviti monasterii Caenobitoe, sacris canonibus illatam, injuriam, simul et honorem, suorum, direptionem, conquiri coeperunt atque acriter contendere quod neque per regem, neque per ipsum, summum, Pontificem, conventus possit monachorum, aboleri quandoque suis munus exequendis paratus conveniret.

p. 155. Denique ut adversus pontificales litteras sese erigerent, multorum, impelle-

## Caput 13. -

abantur et confirmabantur hortatu, nec revera opie presidio eorabant, supremi quippe Rothomagensis senatus iudices, nescio qua acti ratione, in partes illorum, contrahi videbantur ut irritum fieret istud diploma, quasi delicatis eorum, liberis sub labano Cartusienſi Deo militare durius esset, ad dictos autem, cenobitas confugere facilius estimarent.

p. 156. Quae omnia cum praesens audisset Ven<sup>l</sup> P. Ogerius, non mediocri ei obrepſit animi moestitudo. O vere! inquit, nunc satis expertus sum vitam hominis militiam esse super terram. Jam comperi quia finis unius mali est gradus alterius! tranquilla in statione me composui, existimabam, sed ecce certamen eo gravius incundum est, quo mihi cum gemino hoste litigandum, incumbit. At vero quia vir erat eximiae virtutis, crevit se fortiter huic etiam movissimae superandae difficultati. Nam, quaeso, quis merito fortis dici potest, nisi cui major animus in ipsa rerum, asurgit difficultate?

p. 157. Interea Henricus magnus cum accepisset a narrantibus maximam esse Rothomagi de rebus Ogerii controversiam, dicti patris desiderabat adventum. Ad quem ille cum introduceretur, rex ait: In patercule Ogerii, en contentus non levis orta est, ex quo romani tui diplomatis fama disseminatur. In monachi S<sup>tae</sup> Catharinae in compitis clamitant, verumtamen sta fortis et moli terreri, tibi gratulor. Nunc vero tuum est. A modo cavere, ne victor victus traharis. Quapropter, mo-

p. 158. -neo te atque iterum, monebo, ne a Pontificiarum bullarum, vigore facile dimovearis. Censco autem, expedire te quamprimum, cum tuis adversariis pacisci, ut quisque monachorum, istorum, annua pensione contentus abeat; sed cave ne quid de tuo jure concedas, nec de papalis decreti tenore quidquam, minus patiaris.

Huc usque regis sapientissimi verba prorsus sanissima. Quae si audisset Ven<sup>l</sup> P. Ogerius atque concepisset animo! fatendum enim, illum graviter et caligasse et oberrasse et impigisse, scilicet Henrici magnae sententiam, non fuisse secretum, quam, ut didi, mentem regis veluti futurorum, praesagiam, si intellexit Ogerius! tanto conflictu huius nostris temporibus

temporibus non recertasset Borboniensis cartusia ut juris plenitudinem, in abbatiā, 1<sup>te</sup> Catharinae, quam, jam ante adeptā fuerat, nunc sibi et iudicaret et asservaret, sed ista quae et vidimus et quae audivimus, quibus etiam, tinnunt aures nostrae, alias sermone longissimo pertractanda sunt. Nunc statuto instamus operi.

p. 160. Favente itaque rege Ogerii partibus, contra vehementius adversab-  
-antes quocumque monachi sanctae Catharinae atque in tantum, adveni-  
-sunt et prevaluerunt, ut supplices libelli instantia, et procerum, plerorum-  
-que adminiculo, supremi Pontificis decreto vis et auctoritas potuerit  
-denegari. Unde litis gravissimae ex tunc orta est materia, nec brevi  
-dirimenda tempore. — Ad quem, verò nunc confugiat Ogerius, tam  
-forte repulsus adversantium, repagulo? Quodnam, mens dabit illi  
-consilium? quo se vertat? Ecce jam, Pontificiarum, ballarum, sumpt-

p. 161. -tibus per superior factis, ecce etiam domus, cuius curam, susceperat, ef-  
-ficatur penuria sollicitus. Magna profecto anxietas animi! Latera  
-enim, non poterat ven<sup>lem</sup> patrem, Ogerium, tanti negotii cardinalem, so-  
-lius regis verti favore, eiusque pendere arbitrio: quo nimirum obe-  
-vante diem, vitae supremam, quidquid eo usque molitus esset et adp-  
-tus, habitum, iri in frustra. Hoc sciens, hoc, inquam, intelligens Oge-  
-rius, conducibilis proinde iudicavit, animis rebusque conciliandis,  
-jure suo cedere, quam rem, summi ponderis, cuius sorte firmitas vel

p. 162. -interius <sup>ritus?</sup> haerebat Borboniensis cartusia, solis humanis credere casibus,  
-Quamobrem, novae factionis ordine quocumque coenobitas sollicitat  
-et rogat in concilium, ubi discussis utringue quam plurimis rationi-  
-bus, et tandem, communi omnium, atque unanimi consensu statutum  
-est, ut nempe monachi 1<sup>te</sup> Catharinae in habitu et forma hae profes-  
-sionis perseverantes temporalium bonorum, dimidio gauderent; honor  
-vero et abbatis titulus (itra nihilominus quod abhorremus nomen) cum  
-bonorum, reliquo caeteraque dicto foedere sancita, priori et conventui car-  
-tusiae Borboniensis concederentur in perpetuum, possidenda.

p. 163. — Sed quoniam, dicti monachi, sicut superioribus monuimus, extra sedem  
-neam

Caput 13. —

niam, jam ante facti fuerant, cum excidit monasterium sanctae Catherinae; postea vero quam rerum suarum potiti sunt beneficio, a summo Ecclesiae Pastore contenti, et, ut ex multis possessionibus, quas habebant, praedium, distraheretur ac venderetur quo sibi domum, habitationis opus compararent, in observantia et habitu ordinis sui, subditi priori, de cetero conversaturi; qui jussu etiam, morem gerentes, fundum emerunt cum loco s<sup>ti</sup> Juliani dicto, ad Xenodochii Rothomagensis Parthenissas prius pertinente, commutandum; unde et monachi sancti Juliani mincupati sunt postea.

His ita compositis, ex quibus major oriri poterat disceptatio, deinde societatem, pepigere, ac de reliquis facile conventum est. Verum ubi ad Henricum magnum, contractus hujusmodi formam, detulit Verbis P. Ogerius, non adeo gratis oculis excipitur. Cui rex per satyram?

Patercula, inquit, huc usque fortiter dimicaste ut tam cito desiceres? numquid haec sunt verba quae loquutus sum? Imminet profecto ut tui te facti poeniteat, sed quoniam, ita tibi visum est, fecit.

Ad haec Ogerius: tam graves causas, tantaeque difficultatem generavi animadverti, Domine mi rex, ut coactus necessitate... Cujus Rex sermonem, abrumpens: s<sup>ta</sup>unto, ait, firma et rata quocumque contraxisti. Tum denique sola homini Pontificis, sive Romanae curiae

tanguarum, hujus negotii complementum, desiderabatur authoritas; quam aliis et prioribus litteris derogantibus facile indulgit anno Domini-  
nicae Incarnationis millesimo sexcentesimo primo, nonis Julii (1601, Julii)

En exponimus utcumque qua divinae curae providentiae, et quanto hominum labore sanctae Catherinae abbatis potuerit obtineri. Hujus fructibus et emolumentis uti sunt majores nostri ad hanc usque diem cum gratiarum actione, et nostrae Borbonicae Cartusiae non mediocri decore et incremento, condigne utinam, poteri habeant qui cumque

ascetae facti fuerint in hoc solitudine, ut in laudem Dei liberius ut animis in nocturne assurgant et perseverent.

De prioribus seorsim, sermonem, habere jam locus esset, et supra hollitit

polliciti sumus: verum quoniam majorum nostrorum culpabili incuria nihil ad nos transmissum, aut scriptis traditum, invenitur, nisi forte pauca quae in libro martyrologii ad calcem, posita sunt, ea propter nostras nec stare facile est quoad praesens, si quid vero posthac diligentè indagacione in notitiam venire poterit, omnem sollicitudinem, libenti animo impendemus et exhibebimus, ut virtus singulorum, suo munere gaudeat et laudem referat optimè gestorum. Interim de benefactoribus nostris praestat agere. —

### Caput 14. — De Benefactoribus. —

Hos inter qui benefico animo et pietatis affectu huic nostrae Domeri bona largiti sunt, cum primùm fundamenta locarentur, illustrissimos cardinales a Borbonio miscere non competit quidem: cum alioquin hi tanto amplius ceteris donatoribus emineant, quanto fundatoris titulus a benefactoris nomine longius distat. Citrà ergo profatos principes, quorum nomen perillustre, decus maximum, et pietas eccliam apud posteros nusquam interitura est: primus deinde benefactorum nostrorum, occurrit piæ memoriae Gregorius decimus tertius, pontifex maximus, qui ex cunctis altaribus eccliae nostrae unum, Sti Sepulchri privilegiatum, esse voluit nobis sacerdotibus monachis dentatæ propter detentorum, in purgatorio animarum, solamen et liberationem: quemadmodum patet solemnè ea de re dato authentico, anno 1582, aprilis secundo, et pontificatus ejusdem undecimo. Cui pro tanto munere anniversarium rependitur perpetuum, heb die obitus sui, qui fuit decima Aprilis anno 1585.

sequitur potentissimus et christianissimus rex Carolus nonus, qui regio favore omnia jura nostra in suam adscivit diantelan. Proterea voluit hanc solitudinem, jurgiter et quietè quibuscumque gaudentibus privilegiis, immunitatibus ac donis ab atavis regibus, sed praesertim a Ludovico duodecimo jam ante concessis cunctis domibus nostræ Cantuariensis ordinis in omni regno ista. It quoniam bonis temporalibus nostris, atque etiam interdum officialium, quæ graviter obstat res judicarias in remotis

## Caput II. —

remotis curiis agere: rex nominatus precepit, vult et jubet, quatenus utilitati domus nostrae necnon officialium, profectum presecare poterit, ut quid quid contentiosum, et iudiciale contingere poterit, coram, non archa Rothomagensi dirimendum, habeatur. Hujusmodi concessio diplomate constat Parisiis specialiter impetrata anno 1573 et manu regis propria subscripta.

Proterea quia idem rex Carolus nomen vere proprio solitudinis nostrae fundamenta sustinuit et aedificavit; maxime vere propter donum magnificum, sicut cœdici (vulgo le bois de Breuil) quingentorum, et quinquaginta jugerum spatia simul continentis, horum, inquam, ratione beneficiorum, quatuor anni partibus quatuor ei defunctorum, officia solemniter persolvuntur, semper habenda semperque renovanda.

p. 173. Henricus tertius, Caroli noni successor, omnes et singulas immunitates ab eodem rege patribus nostris prius concessas benevolenter confirmavit, et similibus litteris domum nostram, et cuncta quae ad illam pertinent, non modo regiam, in tutelam accepit, sed et imperportant illusterrimo fundatori nostro fuisse facultatem, quae posset ex quibuscumque seu abbatibus, seu prioratibus, quae possidebat, quidpiam distrahere domui nostrae propterea uniendum, annuente tamen summo Pontifice et salvo in omnibus, ut dicitur, jure alieno. Hujus concessi fidem asserunt

p. 174. solennes litterae datae Parisiis anno 1578, regis sigillo roboratae. Hinc colligi, nec sine ratione potest seniores, Cardinalem a Borbonio dictam usum fuisse facultate, cum Sti Fiacri prioratum, nobis contulit, murorum nostrorum prope collonem et quondam Rothomagensis archiepiscopiatus praedicti, non leve, hoc fama est. Veram, nil simile produnt domus nostrae vetustissima monumenta. Hoc tamen constat, quod nempe ex dicti regis Henrici tertii dono permissus, rudera et sacra arcis antiquissimae Vernoni

p. 175. oppidi contemine, asportari fecerit, quibus non parum succrevit opus nostrae solitudinis. —

Henrici Magni memoria pro ceteris benefactoribus singulari semper venerationi et honori tam nobis, quam iis quos successores habituri sumus, esse debet. Quanta enim, rex ille inclytus hinc domui contulit amoris argumenta

81

Capit. 14. —

- argumenta, totque aam donis cumulavit, ut a fundatoribus nostris pri-  
mus deinde nominetur. Hoc jam satis superiori articulo innuit, cum  
de unione abbacie *Stae* Catarinae sermo habitus est. Nunc autem  
p. 176. quae sequuntur non minus, quam, praecedentia, digna sunt quae conscriba-  
mus. Sic enim ipse loquitur in regio authentica anni millesimi quin-  
gentesimi nonagesimi octavi, julis mense impertito (Julii 1598). Consi-  
derata, inquit, singulari devotione Cardinalis Borboni charissimi patris nos-  
tri in almeae solitudinis Bonae Spei structura; hic vero quoniam divinae  
pietati placuit regnum istud confirmare in manu mea, maque post multa  
proelia super solium patrum meorum collocare voluit: tanti beneficii  
divinae largitatis non immemor, nunc jam satagere decrevi, ut hoc eadem  
p. 177. fundatoris sui obitu relictae Cartesia, omnibus aedificiis non modo foris  
coalescat, sed etiam maxime cupio ut quae sub titulo nostrae Dominae  
Bonae Spei hactenus fundata viguit, Borboniensis deinceps Cartesia ubi-  
que nuncupetur, nostrique regni stemmatis scuto habeat honorari et illus-  
trari. quo nempe nomen nostrum, ut gloriosius illic permaneat, domum dic-  
tam, annuis ditioribus augere complacet ac ritescere delectat. Porro litterae  
hujusmodi manu regis et sigillo regio roborantur, anno et mense quibus  
p. 178. supra. Ad hoc adhuc dictus rex diploma a Carolo nomine superius indultum,  
luculentis confirmavit, quo nempe noster Cartesienis ordo ubique in  
Gallia eximitur ab exactone impositionum, seu tributorum, cuius-  
cumque naturae sint, et pro qualibet urgente regni necessitate: addidit  
inquam, ut idem in gratiam domus nostrae probaret et confirmaret. Et  
ne quid anceps vel dubium, aut male interpretatum, irreperat, subintelligit.  
Volo, inquit, ut quantis domus majoris Barthusiae favoribus gaudet, hinc  
privilegiis concessis olim a praedecessoribus meis; his utique possit uti  
p. 179. Borboniensis Cartesia, nullo unquam obiceposito. Haec solemnes litterae  
datae sunt Parisiis anno 1608. —

Denique cum de sales dono ad necessitatem, requireretur, ex templo  
breve jussit expediri diploma, cujus vigore duo quot annis sextaria nobis  
erogantur, ipsaque ex Andelicis (vulgo Annelis) sumenda & alariis horreis,  
s. luto



83

## Caput 14. —

solito tamen, ut moris est, mercatorum pretio; hoc intelligitur lavis sum-  
ma. Hæc singularis Henrici magni munificentia litteris consignata  
p. 180. servatur, impetratis anno 1603, menſe Januario.

At vero ut tanta benevolentia, tantorumque munerum, recordatio nulla  
unquam oblivione obleriposset: sanctorum patrum nostri (meretur enim  
beneficentiam, recordatio honorem) regem, hunc magnam, quando se staret  
Borboniensis solitudo, habitum, iure in rerum nostrarum, monumentis pe-  
culiarem locum, et in precibus jugem æternamque memoriam. Unde  
propter officia sub die obitus sui, qui fuit 16<sup>a</sup> Maii 1610, exhibita, te-  
p. 181. - nemus annuatim, ad duas solennes missas, quarum prima de Spiritu  
sancto, 2<sup>a</sup> Julii, qua scilicet die apud Sandionisium, erroris sui propul-  
-savit impietatem, reddi solet; altera deinde de Beata Maria per sol-  
-vitur 22<sup>a</sup> Martii, cum plenis duobus defunctorum officiis.

Ludovicus Decimus Tertius simili probatur erga nos affectus ben-  
-evolentia. Quippe qui privilegia omnia, dona favoresque multo  
ante ordini nostro concessa, in gratiam, domus Borboniensis extendi  
p. 182. nominatim voluerit: et semel impetratum ab Henrico magno solidum  
beneficium, libenter approbaverit et gratum, habuerit, et constat regio  
patentis formulæ syngrapho, dato Parisiis, menſe Augusto anno 1611. —

Præterea authenticum, confirmavit item ab Henrico magno prius obtem-  
-tum, quo videlicet Cartusia Borboniensis, ubi secreta in rebus litigiosis  
retulerit, a parvi et magni eximitur aerarii tributo, in quacumque  
huius regni curia res agat judicarias. Quam admodum, litteris patet  
super hoc anno 1613, menſe Aprili, Parisiis impertitis. — Quibus litteris

p. 183: alias, nec minoris momenti, idem rex superindulgit, quibus jubet et statuit  
Dossam nostram, perpetuo immunes, et solutam manere, sive a vinis,  
sive a cujuscumque rei inductione urbium; item a jure subventionum,  
sive solvendorum; denique ab impositione quarti (ut vulgò nominatur),  
octavi, decimi cæterisque juris quæ sæpe numero in plebe extorquentur  
coactionibus et tributis. Pro quo tamen munere sive facultate concessa  
nihil peculiare in officiis et precibus reperitur, nisi quod pro benefactori-  
-bus in com.



95

## Caput 14. —

— bus in communi exhiberi consuetam est.

p. 184.

Illustrissimus ac Reverendissimus D. D. Franciscus Cardinalis a Gyoiosa, Rothomagensis archiepiscopus, de quo supra in minoris claustris articulo loquuti sumus. Cum, hanc domum, frequens visitaret, ex multis saepius promissis, ducentorum aureorum, dono, sua liberalitate modum, praefixit. Quae nimirum, levis summa in dicti minoris claustris specularibus tessellis adhibita est; hanc porro cum, fuisse, tessellae ipse testantur, quae forsitan usque modo scuto nobilitatis ejus impressae videntur.

p. 185.

In sacario prioratus Sti Fiacrii, murorum, nostrorum, collimitaneo, duae missae hebdomadibus singulis reddi debent, ad libitum celebrantur, id est alterius tantum officium, et non promissum monachorum, nequidem sacristae. Nuper haec sacra praegi solebant praemisso pulchre Campaniae, et (quod nunc abolevit) confectione aquae benedictae. Celebrantur autem, pro illusterrimo D. D. Georgio de Ambaria, qui nempe dictum prioratum, quondam, quatuor annis administravit vinearum, jugeribus. Nunc vero quoniam, in nostram, resit sortem, possessionis, consuevit quoque dictus et Georgius de Ambaria nostris juxta orationum, suffragiis.

Devotissimus ac nobis peculiaris amicus D. Antonius Barre, Sti

p. 186.

Catharinae antiquior religiosus, nostrae domui prioratum, contulit, quem possidet at in agro Ballovacensi, dictum prioratum, de Capella in Pauculis; illic enim, vas a fictilia plurima finguntur; cuius redditus annuus mille octinguntarum, librarum, summam, contingit. Hujus beneficii collationem, in curia Romana confirmatam, habemus nostrorum, cura et sumptibus antecessorum. —

Reverendissimus ac nobilissimus Dominus Demainteterne, abbas Dominae a Castriciis, ordinis Sti Augustini, in diocesi Virtodunensi (sic), in Donarium, obtulit paramentum, altaris cum, calice argenteo et inaurato. Huic tamen, pro munere nihil speciale debetur. —

p. 187.

Venerabili Pater Dominus Hugo Rouhant, dum sub labore Cartusienis militare decrevit, et saeculo huic nequam, voluit calces illidere, professionis suae diem, dono complete reddidit clariorum. Quippe jam ante qui sacer-  
- totalem

---



---



---

Caput 14. —

p. 188. Totalem vicem obisset, omnem et necessariam sacerdotis suppellectilem vates Deum nuncians obtulit: calicem videlicet cum ampullis, duo candelabra, pectorium, duo pacis instrumenta, crucem unam, omnia porro argentea, inaurata atque encaustica, denique albam, unamque textili limbo munitam, casulas quinque pro temporum, et festorum diversitate polymitas. Hoc fuit oblatio dicti patris Hugonis Rouhaut.

p. 189. Post illum, veniens pater Domnus Petrus Jolly, quo primus, sacra mysteria obtulit, sacrarium nostrum calice cum vinariis locupletavit, cum cateno, cuppa etiam pro generali synaxi, cruce cum solida basi, praeter alteram, quam pro manibus fert hebdomadarius sacerdos in supplicatione publica. Omnia autem, et singula vel argentea vel deaurata atque insculptata; Hoc fuit oblatio dicti patris Petri Jolly: quam quidem parentes eius non longo post, paterno affectu, altaris ditarent paramento amplissimo atque auro rigente, cum, coeteris partibus iuxta exigentiam, ecclesiae nostrae, ut prope solemniorebus festis proposito et asservato; praeter summam, mille aureorum, in constructionem, cellae impendendam. His usque adeo opulentis donariis pietatem, non, religionis intuitu et amoris magnitudine, homines sine querela viventes libenti animo consecraverunt. Quibus, in qualemcumque grati animi sensum, jugis spiritualium participatio concessa est ordinis honorum, et plerumque cum posterius monachatus post mortem eorum persolutus comprobatur.

p. 190. Veniens P. D. Justus D'Alessio (quem affirmant nonnulli à familia S<sup>ti</sup> Francisci de Paula traxisse originem), dum professionis vota didit, duas lampadas argenteas cum summa pecunie non modica largitus est: nil obstante illa quam primitus in cellae structuram, fuderat, cum plurima voluminum, multitudine. Hoc fuit oblatio Domni Justo D'Alessio.

p. 191. Reverendus Domnus de Braban, abbas Vallis de Monte, ordinis S<sup>ti</sup> Benedicti, cum, viam vitae ultimam, obiit, sexcenta scuta nobis iussit erogari. Illustrissima Domina Domina Anna de Montafier, illustrissimi principis P. D. Caroli a Borbonio, comitis hessionum, uxor, primò quidem librorum, decem millia nobis dedit, cum pro remedio animae defuncti conjugis sui

[The page contains extremely faint and illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is scattered across the page and is not readable.]

- p. 192. - gis huius anniversarium officium, de defunctis, cum missa currentiali solemniter celebranda constituit in perpetuum. Summam eandem, iteravit posteaquam, illustrissimi D. D. Caroli a Borbonio, filii ejus, corpus sedano exportatum, fuit, in ecclesia nostra inhumatum. Neque his donis pietate ac liberalitati suae modum, posuit. Ipsa namque Borbonienses, hanc nostram, solitudinem, tanta fovit benevolentia, et tam, saepe tutata est, ut pro illa, tanquam, pro singulari dotatrice, singulis Dominicis in Capitulo preces nominatim, fieri pro more habentur. Huc accedit quod non secus ac celebris quaedam, Artemisia, conjugis huius charissimi memoriam, tumulo marmoreo arte eximia elaborato, quod chori nostri medicus videt, multo affectu illustravit. Extractum, est autem, Parisius dum, adhuc ipsa viveret, nec sine regni procerum, ac totius multitudinis admiratione. Unum, etiam, notae dignum, est, quod nempe artifex, in ipsa universitatis applausu, illic operetur, praegrandi magnitudine. In tam insigni et memorato tumulo ipsa unita sponso recondita jacet, et liberi, post parentes, parentibus adduntur. — Denique novissima vitae peragans testamento suo triginta librarum, millia nobis supererogavit, quatenus majus altare nostrum, ex solis lapidibus et sine arte constructum, albo nigroque marmore porum, opus erigretur; quod et factum, est. In rebus subiectis, atque non raro summi ponderis, belli pacisque tempore, sicut pia mater semper nobis affuit propensissima. Quamobrem, quandiu in vivis stetit, mos inoleverat ut sacra altaris mysteria solemniter die beatae Annae et S<sup>ti</sup> Ludovici pro ipsa specialiter Deo offerrentur. Morte demum, obita, pleno cum psalterio monachatu et missa de beata
- p. 195. Maria per totum, ordinem, donata est, et in libris huius domus inter illustriores, jure post multas lacrymas, collocata habetur. —

Vir nobilis Petrus Delaplace, Rothomagensis ecclesiae canonicus, et dictae urbis in parlamento senator integerrimus, jugera terrae arabilis aliquot, intra domus nostrae terminos, gratis dimisit, ut post mortem, spiritualium, bonorum, participus fieret et conventus juretur suffragii.

Idem, facit illustris Dominus de Marillac, Castrorum quondam, praefectus neon

---



---



---

Caput 14. —

f. 196. necnon Metarum, gubernator, unde missam, sub die obitus sui annu-  
-atim, consequutus est.

Illustris Dominus de Saint Gelais, dictus de Lansac, votivus non  
indecorum, obtulit altaris paramentum.

Dominus Joannes de Bocmare, Rothomagensis ecclesie decanus,  
domus vero nostre singularis et nominatus amicus, ob multa bona tempora-  
-lia et plurima ornamenta ecclesiastica, quibus nomen suum, celebre  
apud nos reddidit, ab ipso R<sup>o</sup>o Patre Domino Bernardo Cerasso tricenarii  
officio repensus invenitur.

f. 197. Nobilis Dominus Jacobus Legier de Graville tria librarum, mil-  
-lia nobis ex bonis suis fuisse moriens distribui, et post obitum, suum  
particeps fieret conventus nostri suffragiorum, et orationum, hujus cleemo-  
-sine gratiam, subsequuta est donatio anniversarii perpetui cum missa  
sub die obitus sui quotannis celebranda. Porro supra memoratam, argen-  
-ti pondus in cella vicarii constructionem, adhibita est; id ipsum, presen-  
-tim, indicante carta quadam, liminis cellae ejusdem, affixa postibus. —

f. 198. Illustrissimus Dominus Lancelot de Chardon, utriusque regii ordinis  
eques torquatus, fertur sumptibus suppeditasse qui necessarij fuerunt  
ad consummationem, & cellae S<sup>ti</sup> Rufini nuncupate. Hujus rei fidem  
probat dicti Domini Lancelot effigies fenestris impressa specularibus.  
Hic fuit revera camerarius fundatoris nostri senioris Cardinalis Borbonis,  
cujus ille non immemor, neque etiam, post ipsa funera, amorem, quo  
Dominum, suum, dilexerat, liberalitate sua organo testatum, reliquit.

Vir spectabilis Ludovicus D'Alain dulciter & cetera nobis  
f. 199. testamento legavit; sed amoris copia donatoris extulit meritum, et doni  
supplevit inopiam. —

Nobilis Dominus Jacobus de Billy, germanus supra memorati  
Joannis de Billy, qui primus regimen accepit hujus domus, ubi ordi-  
-ni incorporata atque adscripta est: cum adhuc sub Dominae Bonae Spei  
nomine vigeret, quasi incipiens nasci et in cunabulis posita: Vir, in-  
-quam, colendae memoriae ob singularem, erga nostram, institutionem,  
amorem



## Caput 14. —

amorem, necnon propter singulare studium, quo nos nostraque semper  
p. 200. fuit complexus. Denique moriens novissimam, voluntatem, suam quatuordecim, librorum, milibus extulit liberaliter, et protestatum, amorem, confirmavit. Tanto munere non mediocriter consultum, est edificiorum, nostrorum, augmento. Hunc vero postquam, conventus multis diebus planxit, et pro animae ejus solatio persolvit pietatis officia, anniversarium, perpetuum, tam fideli amico, de primo vacante post natalem, Domini celebrandum, concessit; licet per castam, capituli generalis anni 1582, missa p. 201. de Beata Maria per totum ordinem, jam repensus haberetur.

Domini Jacobus Le Maire, pictor eximius, devotionis affectu post obitum, suum, in coemeterio nostro inhumari cupiens, hujus pietatis et consolationis intuitu, libras mille cum tabella scite elaborata donavit. Haec ipsa est quae in Sto Joannis sacello (vulgo praesidentis) conspicitur.

### (FINIS). —

Au bas de la page 201 on a écrit ces mots: « Ce volume est composé de 201 pages (202 pages, la page 151 ayant été chiffrée deux fois au recto et au verso de même feuillet) manuscrites, se trouvent en plus 18 pages, au commencement de volume, marquées en chiffres romains, — en tout 213 pages (214), parmi lesquelles sont comprises les pages blanches II-IV-XI et XII. Mentionnent encore trois gardes au tête du manuscrit et quatre à la fin. »

Paul Saint-Martin, Bibliothécaire. —

Limbre de la Bibliothèque de Louviers deux fois sur le titre, 1<sup>er</sup> feuillet, deux fois sur le dernier feuillet et à quelques feuillets du manuscrit. —

Bibliothèque de la ville de Louviers. Manuscrit n° 18. 4 vol. in-42 veau brun, hauteur 0,250 millim. larg. 0,190. Papier, écriture de la fin du XVII<sup>e</sup> siècle. Belle écriture avec quelques additions d'une autre main. —

Bibliothèque de la chartreuse de Gaillon n° 905. —

Titre au dos du volume en lettres d'or: « ALMAE ET REGALIS. 77. —

(Hactenus la copie que S. Jean B<sup>te</sup> Mottini a fait faire à Paris. Rome 23 Dec. 1905)  
1905. — P. P. B.



95

## Chartreuse de Bourbon-lès-Gaillon. —

— — —

Archives de l'Eure. — (à Evreux.) — Inventaire sommaire de la série H. par Georges Bourbon, archiviste. Evreux. Charles Herissey, 1893. —

— — —

Introduction pag. 7. « Le fonds de la chartreuse de Bourbon-lès-Gaillon, qui renferme quelques titres originaux remontant à la fin du 12<sup>e</sup> siècle, des titres du 17<sup>e</sup> et du 18<sup>e</sup> siècles, des plans et des dessins d'un haut intérêt (H. 1081-1083) et un coutulaire (H. 1144), en partie de la fin du 16<sup>e</sup> siècle, en partie du commencement du 18<sup>e</sup> siècle, qui permet à lui seul de reconstituer l'histoire de la célèbre chartreuse fondée par le cardinal de Bourbon. —

Le fonds de la chartreuse comprends les n<sup>os</sup> H. 1080-H. 1146, et est analysé dans le tome de la série H, qui est la 4<sup>e</sup> des archives de l'Eure, de la page 209 à 221. —

— — —

